



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

Oratio dicenda communicaturo. Capvt XXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

num illud, oro mi Domine, paucis expedias, quamdiu videlicet corporali presentia perseveres in eo qui te susceperit. SAP. Tantisper dum Sacramenti species permanet.

Oratio dicenda communicaturo.

CAPVT XXIV.

O Fructus vitalis, ô liquor suauissime, ô paradise amcenissime, ô malû pulcherimum semper florigeri cordis Paterni, ô botre Cypri mellitissime in vineis Engaddi, quis præstet mihi ea te hodie puritate ac reuerentia suscipere, vt ad me venire te delectet, mecumq; cômorari, nec vnquam à me discederet? Eia bonû infinitum ac inexhaustum, cælû terramq; adimplens, inclina te hodie pro tua benignitate misero mihi, nec despicias indignam creaturâ tuam. Etsi te dignus nō sum Domine, at tui vehementer indignus sum. Nonne tu ille es piissime IESV, qui cælum ac terram verbo produxisti? Ita poteris procul dubio etiam animam meam vnico sanare verbo. Fac mihi dulcissime Iesu non pro meritis meis, sed pro tua inexhausta misericordia. Tu nimirû es innocentissimus ille agnus Paschalis, qui hodieq; pro salute omnium immolaris. O Manna dulcissimum, omnem habens saporis suauitatem pro cuiusque desiderio, recrea hodie ac suauiter affice aridum animæ meæ palatum: ciba & pota, confirma, corrobora & orna eâ, ac amâter illi cōiungere & vnire. Veni, obsecro, æterna Sapientia tam potenter hodiè in animam meam,

Cant. 1.

Matth. 8.

Sap. 16.

OTV

45

meam, vt cunctos profliges hostes meos, cum
 ista vitia & defectus consumas, & peccata mea
 omnia remittas, illustra intellectum meum
 mine vera fidei: inflamma voluntatem meam
 dulcissimo amore tuo: serena memoriam meam
 am iucundissima presentia tua atque cunctis vi-
 ribus meis virtutes & perfectionem tribue.
 Serua ac tuere me in extrema mortis hora, vt
 te palam & perspicue perfrui merear in beati-
 tudine & gloria sempiterna, Amen.

*Vt DEVM perpetim medullitus laudare
 debeamus.*

CAPVT XXV.

Psal. 140.

Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum
 in vita mea. Ecquis Deus meus æstuantem
 præstabit cordi meo, vt ante obitum voto
 potiatur suo, possitque explere desiderium suum
 te laudando? Quis mihi tribuet, vt in vita mea
 dignis veham laudibus Dominum Maiestatis
 quem vnice amat anima mea? vtinam Deus
 meus ex corde meo tot proficiscerentur ac res-
 sonarent suauissima tuæ laudis melodia, quot
 vnquam musica concrepuere instrumenta, &
 quot sunt graminum herbula, atque eadem om-
 nes in caelestem vsque aulam, tuæ Maiestatis
 palatium tenderent, & in tui conspectum pene-
 trarent, tamque inaudita prius & iucunda tui
 laus ex meo prorumperet pectore, vt tuis ea o-
 culis esset gratissima, & totam caelestium ciuium
 frequentiam exhilararet. Indignus quidem
 sum Domine, qui te laudem, at nihilo secius
 vehe-